

Quare cum hæc ita esse intelligerem, operæ preciū
me facturum existimauī, si motus cum errantium,
tum fixarum stellarum, earundemq; longitudines,
& latitudines: itemq; coniunctiones, oppositiones
& aspectus luminarium & planetarum adinuicem:
Deniq; etiam rationem æquationum duodecim do-
morum cœli, iuxta modum omnino rationabilem,
quo usus est iam ante nos uir calculis doctorum om-
nium incomparabilis Ioannes de Monte regio, in lu-
cem ederem: quæ nun omnia cura & diligentia mea
non solum emendatiora, sed & iusta laboris mei ac-
cessiōe locupletiora, auctioraq; habere possunt scho-
læ. Etenim hunc laborem meum & scholis nostris
prodesse ratus sum plurimum, dum eo ingenia iu-
uentutis præclara, ad præclarissimum (ut ita dicam)
deorum munus pertinaci studio persequendum, in-
uitarem, & eos qui alioqui sua sponte Mathematicas
disciplinas amore complectuntur, mihi redderem
coniunctiores. Iam uero cum sciam neminem meli-
us mereri de humano genere, atq; eos qui recta stu-
dia promouere: ipseq; mihi hāc prouinciam iam pri-
dem subeundam censuisse, tamen ultro currenti
calcar addere epistolis suis uoluerunt, uiri in omni-
rerum honestarum scientia excellentissimi, Philip-
pus Melanchthon, & Jacobus Milichius: quortum il-
li ob incredibilem eruditionem, & uariarum lingua-
rum cognitionem, simul totius VVittenbergen-
sis Academiæ, publico cum Electoris Saxoniae, tum
aliorum